



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 65. Bonifacius Romam redit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

ctabatur; & ideo eas non accepit. Sed Biturigum, & Burgundiæ Duces tunc regnum gubernantes censebant illas non mereri responsionem: eo quod Bonifacius Clementis expulsionem peteret, nec ullum ad concordiam gressum faceret.

Sæcul. XIV.
A. C. 1393.

§. LXV.

Bonifacius Romam redit.

Anno isto ac priore Bonifacius Bononiam, Perusiam, multasque alias Æmiliæ, ac Marchiæ Anconitanæ urbes reduxit ad officium. Rogatus a Romanis ipsis, ut Romam repeteret, tutior ibi, quam alibi futurus, 8 Aug. 1393 cum illis pactionem fecit, cujus præcipua puncta subjicio. Papa ex more suorum antecessorum poterit constituere Senatorem stipendio urbis afficiendum, cujus Vexillarii, Curatoresque cæteri Senatorem non poterunt impedire, quin suum exerceat munus, & justitiam. Senatoris, Conservatorumque administris non licebit arma eripere Aulicis Clericis laicisve, aut Clero Romano. Hæc arma Clericorum notanda sunt. Aulici, Clericique Romani seu civilem, seu criminofam ob rem tantum citabuntur ad suos Judices legitimos, nempe Aulici Clerici ad Auditorem Curiæ Apostolicæ, profani ad Præfectum Aulæ pontificiæ, Clerici Romani ad Romanum Papæ Vicarium.

Rayn. 1392.
n. 5. 6.
Id. 1393. n. 5.

Hh 2

§. LXVI.